



6
Per Illustris Vir, et Virtutum decus,

Postquam amari à te coepi, ad Musarum et Philologiae contubernium propius videor accessisse. Tuus ille vigor, in omni scriptione vegetus, in omni negotio liber, non me sinit ignavum esse, aut in iis, quae ignavia pejora sunt, occupari. Mentis vaco, et Arcis Surus amoenitate septus, lustris quae vel tempore, vel loco remota sunt, et sub crepera ad huc luce ignorantur. Specimen mitto novum Sunc libellum, Sas Circuli novi vindicias, praeteritis sis aliquot diebus mihi scriptas, cum firma non satis valetudo esset. Rejeci MICHAELORVM quendam, Italum, et Urbinatem: cui grave fortassis fuit, aliquid hodie ingenij et industriae penes Belgas esse. Sed tibi quid videtur? Quia Principium diei; μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης simul ostendi,

Ὅυτέ τι ναυιλίης σεδοφισμένος, ἔξέ τι γῶν.
Sanè postquam novum illud fretum Lemaurium apertum est, et per occidentem in orientis insulas navigatur; Batavis Sic Circulus vel maxime opportunus est, ne in Moluccis de die contendant.

Vide quaeso pauca Saec folia; sed, ut sic dicam,
ἀβήραρ δαμύκλιος, acriusque quam Amici solent:
ita enim quod praecipuum est in amore, officia
candoris exprimes; discetque Urbinas ille, iudici-
um et Benignitatem conjungi posse. Circulus ipse,
sed interpolatus, in fine adiunctus est; quia Soc velut
fundamento reliqua nituntur, imò Soc compendio
ῥυθμικῆς principium, nemini Saecenas observa-
tum, exprimitur, floridiori mox scriptione illu-
strandum. Nonne dignum eloquio Soc tibi ar-
gumentum videtur? Nonne dignum VRBANI no-
mine? Is nisi summus esset, ingenij prae-
stantia, et carminis maiestate omnia tempora,
et ipsam sibi aeternitatem vindicaret. Misit ad
me nuper Poëmata sua, Romae ad stuporem ele-
gantiae excussa: quae non possum nisi divina appel-
lare. Misit, inquam; et quid nisi fastigium suum
demisit, ut humanus esset, et verè doctus videre-
tur? Libenter Saec apud te dico, qui totum Apol-
linem possides, ἄσβαν ἱερὸν τόμα, et ornamen-
tum eruditionis. Apud te, qui illustrares
Iambis tuis WENDELINVM nostrum, virum

sumum, et apud suos neglectum, voluisti. Sed eos non
dum ille ad me misit, quamvis interpellatus. Feret
igitur, propediem Lovanium excursurus. Quod in fra-
tres meo benignus fuisti, maximam gratiam scribo:
maiores etiam, quod in generum; qui iam mihi adest,
effusus in laudes tuas, quemadmodum virtutes admi-
ratur et aestimat. Dordrechtum propediem rediturus
aliquid ad te rerum mearum feret, et me testatur
tuum esse:

TVVM affectu, obsequio, cultu,
Ergoium Puteanum.

Lovanij, in Arce, Nonis Aprilis, MDCLXXXIII.
Utinam induciae, quae tractantur, coalescant, et
te coram venerari liceat!

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]